Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37654
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

In Codice Signato A. 17. 359.

de Haselbach Thomæ Sermones seu Collationes super Epistolas de Sanctis per annum. incipit in Festo S. Andreæ: Corde enim creditur ad Justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. durant per 203. fol. Cod. Chart. Sæc. XIV. Fol. ad initium Codicis legitur: Iste liber est comparatus pro monasterio Gottwicensi per Fr. Thomam Professum ibid.

Anonymi Carthusiani S. ut patet ex Prologo Laudes, seu Sermones et Collationes de B. V. M. per omnes et Sanctis Patribus accommodatæ Festivitatibus Dominii et B. V. incipit Prologus Ad laudem matris Virginis Eisque sacratissimæ Prolis ad satisfaciendum quoque Venerabili in Christo Patri ac Domino Meynhardo de nova Domo Electo Fridensium Desiderius ab initio habet Lectiones graduales pro recitatione Officii B. V. distinguitque Lectiones per feria tertia, dein vero nec lectiones, nec feriarum distinctio Id patet consequenter in dictorum de Laudibus B. V. durat usque per 123. fol. Cod. et manus est prior Sæc. XIV.

In Codice Signato A. 18. 357.

de Haselbach Thomæ Sermones Æstivales de Tempore. in Assumptione Dominii incipit, Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophila, durat per 200. folia. Cod. Chart. Sæc. XV. Anno 1443. Fol.

de Durckhsprill Nicolai Sermo de Passione Domini, et de Beneficiis nobis exhibitis a Deo et de gratitudine, et ingratitudine. incipit: Cum ad meditandum, fideles ipsi. durat per 4. fol. cod. man. præcedit hos Sermones hic fragmentum de Passione Domini ad aliquot solum lineas.

In Codice Signato A. 19.